Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 387
Quelle:
Copyright:

verum, quod ſane dolendum, non pertingit ultra Caput VIII. abrumpiturque hoc modo:

diu ſcrift diu ne liege.
iz wurden hundes fliegen
der ſant algemeine
groz unde — — Supple *chlaine.*

Dolendum ſane, inquam; eſt enim Codex maximi pretii ob numeroſa Gloſſemata et fortaſſe primus, qui *Pentateuchi* Partes rhythmis *Theotiſcis* redditas exhibeat, itaque non negligendus illi, qui ad condendam *Bibliothecam Theotiſcam* animum jam tandem adjecerit, quod Conſilium propitius veteris Linguae patriae Genius maturet!

CXXXVIII. VI. D. 12.

222 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 277. f. exhibet absque Verſuum diſtinctione *Chronica rhythmica Veteris Teſtamenti* a *Geneſi* usque ad *Librum Joſue*, immixtis paſſim Hiſtoriae antiquae, plurimum fabuloſae, locis, aliisque ſomniis apocryphis, ut ſunt v. g. Technae *Satanae* in Arca *Noe*. Initio quaedam excidiſſe videntur; prima enim ſunt:

Schaffen zw einer hant getat
Das Dw (Deus) *mir gebſt den gewin*
Der mein wandel waner (barer) *ſin*
Vnd mein ſintleich gemüt
Dez heiligen geiſt güt
Mit ſeinen tan (thau) *begieſſen*
Vnd deinen namen auf fliezzen &c.

Paullo poſt de Autore *Chronicorum* horum a ſe germanice redditorum:

Sy hat von (vor) *mir ein weiſer man*
Der hocher Chünſt ein maiſter was
Wo man von Chünſt lazz geſchriben vnd geticht
Vnd in latein bericht
Der was von pitern erchant
Vnd waz got frid genant
Ein phaff volchomen
Vnd an weyshait auz genomen &c.

Godefridum itaque *Viterbienſem* ſe potiſſimum ſecutum adſerit; poſtquam vero et alios antiquiores, quorum nomina paſſim corrumpit, enumeraſſet, a quibus ſe adjutum ait, ſubdit de ſe:

Ich daran arbaitt mich.
Mein herr der lantgraff Hainreich
Von durigen der fürſt wert
Der dez hatt an mich begert
Das ich das puch bericht
Von latein in dewſch dicht &c.

Ex quibus jam liquet *Chronica* haec, quod rei ſummam ſpectat, eadem eſſe cum iis, quae *Cod.* CXXXVI. dedimus; multum tamen a ſubſequis Poetaſtris et Librariis